

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Pena siue punitio ad  
cum uariis

Quis putas tunc meror erit, que tristicia cum separabuntur impii a consortio sanctorum et a uisione Dei, et traditi in potestate demonum ibunt cum ipsis in ignem eternum, ibique semper erunt sine fine in luctu et gemitu. Vbi erit dolor intolerabilis, fetor incomparabilis, timor horribilis, mors corporis et anime, sine spe uenie et misericordie; ubi nec qui torquet aliquando fatigatur, nec qui torquetur aliquando moritur, sed sic morientur ut semper uiuant et sic uiuent ut semper moriantur.

Hugo libro I. de anima.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

quis putas tunc meror erit *om.* M; cum separabuntur] conseparabuntur B; impii] filii M;  
in] non M; incomparabilis] incorporabilis P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup>, incorporalis L<sup>1</sup>; timor] tumor P V<sup>1</sup>;  
moriантur] morientur B